

Christus semel mortuus nunquam a p[er]is r[es]ur[re]xit.

git dicens: ego ecce sum vivens in saecula saeculorum, id est semper; Christus enim resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non d[omi]nabitur. Non solum in persona Christi dicitur, quod sit vivus, sed additur, in saecula saeculorum: multi enim post mortem ad vitam revocari, postea iterum leguntur demortui. Merito ergo de Christo dicitur, quod fuit mortuus, & est vivens in saecula; quia Christus semel fuit mortuus; nunquam amplius moriturus.

663. Lyranus.

Justus nequaquam mori videtur.

Tertio. Lyranus: Justus, ait, non proprie moritur, sed irasit de vita gratia ad vitam gloriae sempiternam, propter quod obitus Sanctorum, dicitur natale ipsorum. Dupliciter dicitur vivus, & semel mortuus: Vivus, & sui mortuus, & vivens in saecula. Ecce mors circumdata est vita: nam ante & post mortem, dicitur vivens; quia justus mori nequaquam videtur, sed semper vivere, & ideo ejus mors circumvallata est vita; quia non tam est mors quam potius transitus ad vitam; cum ante mortem corporalem esset in vita spirituali gratia.

664. Primaf.

Joan. 16.

Debemus conformari cum Christo, ut per mortem ad resurrectionem veniamus.

Quarto. Sanct. Primafius: Omnis, ait, summa, & spes consolationis ostenditur, cum dicitur ei, qui mortuus jacet; noli timere sicut in Evang. Joan. 16. num. 33. Gaudete, inquit, quia vici saeculum. Ego sum vivus, qui fui mortuus; & caput enim corporis similem s[er]vem resurrectionis veraciter pollicetur, cuius processio, spes est certamen bonorum operum: Magna consolatio, ac spes datur Joanni, & in eo omnibus fidelibus, ut mortem non timeant; quia ego fui mortuus, & vivens in saecula: tanquam si ei diceretur, membra corporis conformabuntur capiti: ego enim cum sim caput omnium electorum, licet mortem pertulerim, postea gloriose resurrexi, ac per mortem ad gloriam resurrectionis deveni; sic & tibi, o Joannes, ac aliis mihi per gratiam unitis, ut per mortem vobis sit transitus ad resurrectionis gloriam. Ansbertus. Nihil pietate plenius; ait, nihil afflictioni congruentius, quam quod sibi similem in morte suum Dominum audiat is, qui tanquam mortuus pavebat; ac si caput corpori diceret; nolite membra pavere pro capite pati, cum ego caput vestrum, prius pro vobis mori non dubitaverim: quin potius attendite, quia post mortem vivit vita vestra, qua constat in capite, exemplum quandoque vobis ostendens, quandoque in gloriam resurgendi, si modo vano timore non recesseritis de corpore.

665. Cant. 2.

Ad campum, ac certamen vocat Christus, cum de se, ait: Ego flos campi & liliam convallium, Cant. 2. num. 1. Et statim de ipsa sponsa similiter asseritur ibidem num. 2. Sicut liliam inter spinas, sic amica mea. Quid est, quod cum ipse sit flos, & liliam convallium, etiam ipsa dicatur liliam inter spinas? Quam connexionem habet liliam convallium cum lilio inter spinas? Filius Dei ante Incarnationem, ut explicat apertus, erat flos campi, cuius intuitu omnes electi beatificantur; & per Incarnationem factus est liliam convallium, in hac miseriarum, ac lachrymarum valle, ut ibi esset conculcatum, ac attritum inimicorum praetereuntium pedibus; quod; videns dilecta sponsa, etiam ipsa facta est; sicut liliam inter spinas, ut à crudelissimis tyrannorum, ac persecutorum aculeis esset percussa, vulnerata, ac etiam

morte affecta: quis enim videns Christum tantis pressuris, ac tormentis passum & mortuum, ob sui charitatem erga nos, recuset pro eo cruciatus, ac tormenta sustinere? Ut simul cum eo mereatur praemium accipere? D. Bernardus. 47. in Cantica: Nec putas caelestis sponsus, ait, quidquam persuasibilis fore illi ad inveniendum certamen, quam si se ipsum certantis, aut exemplum proponat, aut praemium, Praemium, quia flos ad gloriam, & coronam apertus; exemplum vero, quia liliam in convalle miseriarum attritum; & statim subdit: Virumque es mihi Domine Jesu: & speculum pavendi, & praemium patientii.

Cum Moyses duceret gregem suum ad interiora deserti, apparuit ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi. Exod. 3. num. 2. Cur inter flammam, & spinas ei se praebet Dominus; cur non potius se ostentat in throno excelso, & elevato, ut Isaia, vel in curru mirabili, ut ezechiel, vel in gloria majestatis, ut ei in monte Sinai? Cur ergo inter flammam, & spinas apparebat dominus. Ut mitteret Moysen in Aegyptum inter periculum incendia, interque spinas persecutionum, ac adversitatum cum Pharaone, & ut ipse etiam, ut populi ductor, inter flammam praepetorum legis, ac etiam inter tribulos inquitur, ac peccatorum populi degeret, inde ei se objicit Dominus in flamma ignis de medio rubi, ut ex tali visione disceret, tales flammam, ac spinas patienter sustinere. Huc advoco, quod ait D. Gregor. Magn. lib. 28. Moralium cap. 2. scribens: Per succensum rubrum alloquens Deus Moysen, quid aliud ostendit, nisi quod ejus populi ductor fieret, qui & legis flammam perciperet, & tamen peccatis spinas nequaquam vitaret. Et cum Moyses curreret ad inspiciendam illam magnam visionem, clamat ei deus: Solve calcamenta de pedibus tuis. Ibidem n. 5. Et cur deus imperat, calcamenta de pedibus solvere? Ac si ei diceretur: incede nudis pedibus per spinas, ad me inter spinas commorantem accessurus, Deus est existens cum spinis, cruce, clavis, flagellis: Vis Christiane ad ipsum pervenire? perge per crucem, spinas, clavos, & flagella, aliter ad ipsum non habebis accessum. Non enim licet, quod cum Dominus tuus sit inter flammam, ac spinas, tu ad eum accedas per prata rosis, liliis, ac floribus constita: sed per spinas, ac tribulos tibi via demonstratur.

QUESTIO LXXVIII.

Quare, ad expellendum timorem à Ioanne, ait ei Dominus, Ego habeo claves mortis, & inferni?

Cum Joannes praetimore, tanquam mortuus, ad pedes Angeli in persona Christi, cecidisset; ait ei: Noli timere: & ad excludendum hunc timorem, jam tertiam rationem adhibet Angelus, Ego habeo claves mortis, & inferni. Conveniunt omnes Interpretes, quod per claves significetur hic potestas, imperium, & dominium.

Maximè verò discrepant, quid significet hic

Cum Dominus sit mortuus, & resurrexerit, & non moriturus sit.

Acetas. Lyranus. Ribeira. Percir. Viegas. D. oselm. Alcazar.

666. Exod. 3.

Si Dominus est inter spinas, servus patienter spinas sustinet.

D. Gregor.

Ad Dominum inter spinas per spinas enudatum.

671.

Ansbertus.

667.

668.

Ticon. Primaf. Beda. Rupert. And. Richard. Primaf.

Acetas. Lyranus. Ribeira. Percir. Viegas. D. oselm. Alcazar.

Cornel. à Lap.

669.

Vere explicatio.

670.

Rupertus.

Cum peccatum remittitur, mors & infernus clauditur.

671.

Ansbertus.

667.

668.

hic mors, & infernus. Et primò Ticon us, Primaf. Beda; Rupert. Habeo potestatem amittendi peccata, ac homines liberandi à morte, & inferno. Secundò Andreas Casariensis, Richard. Victor. Primafius: Habeo potestatem hostes meos, ac mea Ecclesia, morte & gehenna puniendi, in infernoque concludendi cum, ut principe diabolo. Tertio Aret. Lyranus, Ribeira, Peter. Habeo potestatem vitae, & mortis. Quarto Viegas. Possum gratia vitam conferre, mortem peccati inferendo, & inferno adiacere. Quintò D. Anselm. Alcazar: Possum morti, & inferno, ejus nempe principi Daemoni, ad tentandum laxare habenas, vel contrahere. Sextò Cornelius à Lapide, & alii mortem, & infernum in sua germana significatione accipiunt, ut sonant, pro morte scilicet, ac inferno.

Quæ omnes sententiæ facile in idem convenire possunt, nam Judæi, ac Gentiles Christianos minabantur, quod eos traderent morti, ac post mortem in infernum, nisi fidem Christi abnegarent. At ergo Christus Joanni: noli timere. Ego sum Dominus vitae, mortis, ac inferni. Ego enim, quos volo à aeterna damnatione liberare, & quos volo meo iusto iudicio in aeternum damno. Adversarios meos, meaque Ecclesiam, aeterna morte in inferno, cum eorum principe Damone recludam: meosque fideles mecum regnatos aeterniter transmittam in gloria: Ego sum etiam, qui Daemoni ad tentandum homines habenas laxare, vel contrahere possum: eumque ac simul ejus ministris cohibere; ut tentatio non sit major, quam ut fideles possint sustinere; imò possum facere, ut re ipsa faciam, ut ipsa demonis tentatio, ac tribulatio sit medium ad illustriorem Ecclesiam, ac cujuscumque vestrum gloriam, & excellentiam; ac proinde in qualibet tribulatione constantes staret: Habeoque etiam potestatem dimittendi peccata, & à peccatis eis debitis relaxandi. Ad majorem hujus rei elucidationem, aliqua ex SS. PP. proferamus.

Primò Rupert. Habeo, ait, claves mortis, & inferni, id est potestatem amittendi peccata, ac peccata namque amittendo, mortem in me credentibus claudendo, infernum obstruendo; sive mortis, & inferni, id est duplicis mortis videlicet animæ, & corporis, ait Christus, quod habet claves mortis, & inferni, & quomodo januas inferni ac mortis claudit. Cum sane peccata dimittit: cum peccatum remittitur homini, mors, & infernus jam non est timendus ab eo: hæc omnia ei jam sunt clausa.

Secundò Ansbertus. Iste clavis, ait, ad probamdam, atque ad exercendam Ecclesiam, occulta omnipotentis Dei ordinatione, reseratur antiquis adversariis cum suis in persecutione: istis recluditur cum suis fuisse perspererit ille, qui aperit, istis divina potestatis clavis fuerat relaxatus: cum Petrum servili timore negare compulsi redemptorem; istis rursus post paululum reclusus est, cum negationem amarissime flentem, quodammodo de faucibus am fustis divini iudicii clavisibus quodam referantur, cum electos tentationibus fatigare permititur, istis restringitur, cum non supra mortem sed ad mensuram, ipsas tentationes exagere et permititur. Deus, qui est infinite bonus, quomodo habet claves mortis & inferni, cum ipse nemine vult perire sed omnes salvos facere: Deus claudit, aperit, aperit portas mortis, & inferni, quando permittit hominè tentari ab adversario, & in ipsa tentatione cadere: ut permittit Petrum in negatione. Claudit Sylvester in Apocalypsim. Tom. I.

verò, cum non finit tentationem supra modum exercere, sed ad mensuram, secundum vires; & quando facit, quod homo per penitentiam relurgat; sicque Dominus peccatoribus obstinatis aperit infernum cum morte aeterna: penitentibus verò claudit, quos transmittit in vitam.

Tertio. Figuratè nomine inferni potest peccatum intelligi, cujus claves dicitur Christus habere, quando nempe peccatores obstinatos in peccato relinquit: contritos verò, ac penitentes ab illo absolvit. Sed quomodo peccatum potest dici infernus, cum solum sit via ad illum.

Proverb. 7. n. 27. Via inferni domus ejus, nempe domus peccatoris, propter scelera ibi commissa: Rectè tamen peccatum dicitur infernus. David se, ac alios, ad immortales gratias Deo agendas, exhortabatur, Ps. 29. Exultabo te Domine, Et statim n. 4. subdit: Psallite Domino sancti ejus: Et qualenam ob beneficium? Quoniam eduxisti ab inferno animam meam. Augustinus interprete à peccato nempe, in quo non minus quam in inferno, cruciatur. Imò peccatum deterius est ipso inferno, ut rectè cognovit ille Sanctus Eleazarus, constans sui propositi, qui dicebat 2. Machab. 6. n. 23. Praemittit se velle in infernum, quàm scilicet in peccatum. Eum imitatus est D. Anselm. ut refert. Ediverius Angelus lib. 2. de illius vita: Dicere solebat, ait, quod si hinc peccati horrorem, hinc inferni dolorem corporaliter cernebat, & necessario uno eorum immergi deberet; prius infernum, quam peccatum appetere. Quod optime confirmatur illo Ps. 85. n. 13. Erusti animam meam ex inferno inferiori. Ac si detur unus inferno superior, alius verò inferior, & depressior: infernus superior, sunt gehennalia tormenta, ac totus horror illius loci; infernus verò inferior, ac depressior, sic status peccati, ac odii Dei, quod super omnia damnatorum tormenta durior, & acerbior est. Vide quæ dixi tom. 5. in Evang. lib. 7. cap. 5.

Quartò Habeo claves mortis, & inferni, quia sum Dominus vitae, & mortis: Deus enim potest mortem inferre, & ab illa educere, ac revocare ad vitam. De se ait Christus D. per Regium Vatè Pl. 101. n. 7. Similes factus sum pellicano solitudinis. Et quæ similitudo inter Christum, & Pellicanum? Talis esse dicitur, ut filios suos rostro vulneratos occidat, & rursum pectus sub eodem rostro percussum, verat in sanguine, & aspersione sui sanguinis filios suos mortuos vivificet: sic conformiter ait nosster Incogn. Christus filios occidit, & vivificat: quia peccatores occidit, & ab eo, quod sunt, cumtans, sanguine suo, id est, fide sanguinis sui, vivificat illos: sic enim Christus occidit Sauli persecutorem, & ipsum suo sanguine vivificavit predicatorem.

Alto mysterio Jesus in monte Tabor gloriosus in majestate apparet intel Moysen, & Heliam Matth. 17. n. 3. Cur non potius inter alios priores, & sanctitate, puritate, ac religione valde conspicuos, ut inter innocentem Abelem & oratorem Seth; vel inter patrem fidei Abraham, & patientissimum Isaac: sed pra omnibus eliguntur Moyses, & El'as. Moyses vita fructus: Helias adhuc superstes, & inde inter eos se Dominus exhibet, ut se ostenderet, mortis, ac vitæ auctorem esse, qui inter vivum, & mortuum carnebatur: sicut qui fuit mortuus, & nunc est vivens, mortis tenens claves. D. Chryf. hom. 57. in Matth. D. discant, ait quoniam

672.

Proverb. 7.

Peccatum infernus est, & eo deterius.

Ps. 29.

D. August.

2. Machab.

D. Anselm.

Edinerus.

Ps. 8.

673.

Christus mortis, & vitæ auctor.

Psal. 101.

Incognit.

674.

Math. 17.

Cur Christus inter Moysen, & Heliam apparet.

D. Chryf.

D. discant, ait quoniam

quoniam mortis; & vita potestatem habet pro-
pierea & Moysen, qui morte defecerat, &
Heliam, qui nondum mortem passus fuerat in
medium adducit.

QUESTIO LXXIX.

Quare Christus ait, quod habet claves
mortis & inferni, & non potius
vita, ac regni celorum?

675. Christus dicens Joanni, noli timere, ut
excludat ab eo omnem timorem, jam
tertiam ponit rationem Angelus. Habeo cla-
ves mortis, & inferni, quod idem est, ac ego
sum dominus vita & mortis, ut dixi in supe-
riori quaest. habeo enim claves ut aperi-
am ad mortem & infernum in talia inferendo; & ha-
beo etiam potestatem, ut claudam ad mortem,
& infernum, ab his educendo, ac liberando,
vita & morte donando.

676. Secundum si nomine clavium potestas in-
telligitur, cur ita & minus Christus loquitur,
dicens se habere claves mortis & inferni? cur
ut a Joanne excluderet omnem timorem eum-
que animosiores redderet, non ait: Data est
mihi omnis potestas in caelo & in terra? At cum
illud primum dicit de se, quod habeat scilicet
claves mortis & inferni, etiam secundum
de se afferere videtur: quid enim morte forti-
tudo adeo exaggerandam dilectionis forti-
tudinem, cum morte comparatur, Cant. 8. n. 6.

Christus cum
habeat prin-
cipatum su-
per fortissi-
ma, habet in
al.

Cant. 8.

Pannon.

Ijai 5.

677.

Latis tristitia,
prosperis ad-
versa pre-
mittit Deus.

Apoc. 1.

Origen.

Deut. 32

Fortis est, ut mors dilectio. Quid potentius in-
ferno a quo potentissimi Reges, ac Impera-
tores devorantur, & qui in fortiora, ac poten-
tiora habet dominatum, etiam in alia obtinere
conferret. Ceterum Pannon. Quid morte fortius,
ait, quid inferno potentius? in quem descendunt
fortissimi quique & sublimes, gloriosique, ut
ait Ijai. 5. v. 14. Super haec Christus habet pote-
statem, quia a resurrectione se restituit, data est
mihi omnis potestas in caelo, & in terra: habet
potestatem super mortem, quia mors eum detinere
non potuit: habet & super infernum, quia dispen-
dit clausis, ac repugulis ejus detractis, capti-
vos, qui erant ibi, liberavit.

Tertio, si Dominus dum loquitur Joanni,
& sub ejus persona cum omnibus fidelibus, ad
eos corroborandos, ac mutandos ad generose
contraria & adversa sustinenda: cur coronam
ac praemium eis preparatum, ante oculos non
proponit dicens habeo claves regni, & vita?
Cur tantum de se restitatur quod habeat claves
mortis, & inferni? Nonne dicitur sequenti ca-
pit. n. 7. Vincenti dabo edere de ligno vita, quod
est in paradiso Dei mei. Et ibid. n. 10. Ego dabo
tibi coronam vita: Non ergo mirum, si
nunc infernum, ac mortem commemorat, ut
recte observat M. Joan de la Haye n. 568 dura
tormenta, ac rigidas persecutiones sustinendas,
in medium adducat: Deus enim latis tristitia,
prosperis adversa praemittit. Ut notat Origen.
hom. 1. in Jerem. Observavimus, ait, semper in
Scripturis sacris primum ea, quae videntur tristitia
nominari; deinde ea, quae hilariora sunt, secundum
dicit. Ego occidam, & ego vivificabo. Deut. 32.
n. 36. A viribus semper, sed necessariis inchoat
Deus; quem enim diligit, corripit, flagellat au-

tem omnem illum quem recipit, & post haec curat
ipse, dolorem fecit, & iterum restituit laniam.

Quod multis exemplis confirmat Mendoza 678.
in l. Reg. cap. 2. vers. 6. sic dicitur Tobia 11. Tob.
n. 17. Benedico te, Domine Deus Israel, quia tu
ca tignis me, & salvasti me. Et Tobia 14. n. 2. Tob.
Tu flagellas, & salvas: deducis ad inferos, &
reducis, Job 5 n. 18 Ipse vulnerat, & medetur:
percutit, & manus ejus sanabunt. Osee 6. num 1. Osee 6.
Ipse cepit, & sanabit nos, percussit, & curabit.
Sic Rex Israel 4 Reg. 5 n. 5. Nunquam Deus ego
sum ut occidere possim, & vivificari? & Jacob
mortem prius praedicans ait: Requiescens accu-
bavit ut Leo. Vitam postlerius praecinens: Qui
inquit suscitabat eum Gen. 49. n. 9. Et Christus
D suam mortem prius declarans: Ego, inquit,
a dormivi, & soporatus sum. Et postlerius suum
reditum ad vitam inculeans, inquit: Exsur-
rexi, quia Dominus suscepit me. Pl. 3. n. 6. Et sic
etiam ad Patrem ait: Tu cognovisti sessionem
meam, & resurrectionem meam. Pl. 138. n. 2.
& sic in multis aliis locis.

Ait Deus per Jerem. 1. n. 10. Ecce constitui te
hodie super gentes, & super regna, ut evellas, &
destruas, & disperdas, & dissipas, & aedifices,
& plantes. Ubi Deus non solum ponit priora mala
sed & ubi ora, ac in duplum, ut recte ex verbis
Prophetarum colligit D Hier. Considerandum, ait
quod quae non tristibus duo lata succedant. Neque
enim aedificari poterant bona, nisi destructa essent
mala: nec plantari optima, nisi eradicerentur
pessima. Quatuor mala, & adversa prius propo-
suit Propheta: Ue evellas & destruas, & disper-
das, & dissipas; & postea duo bona: Aedifices,
& plantes; semper enim multa mala antecedunt,
antequam bona veniant. Et etiam ut unicus gra-
tia supernaturalis gradus infundatur: non latis
est, ut una, sed necesse est, ut omnes vitiorum
maculae ex animo eradicentur, ac deleantur.

Ipsismet Propheta Jeremias a rigida commi-
natione exorsus sic ait: cap. 30. n. 5. Haec dicit
Dominus, vocem terroris audivimus, formido,
& non est pax. Et paulo post leni ac suavia sal-
locutione blanditur: Tu ergo non timeas ser-
ve meus Jacob, ait Dominus, neque paveas Israel
quia ecce ego salvabo te. Prius vox terrificam
ac plena formidinis sonat, deinde blanda, ac lenis
salutis. Ibi D. Hieronymus. Primum ait, tristitia
annuntiantur, ut post malorum magnitudinem
lata succedant; gratia quippe est sanitas, egro-
tatione depulsa; & doloris magnitudo in magni-
tudinem virtutis gaudiorum.

Apoc. 1. 19. Scribe ergo quae videris,
& quae sunt, & quae
oportet fieri post haec
Num. 20. Sacramentum septem stel-
larum, quas videris in
dextera mea, & sep-
tem Candelabra au-
rea; septem stellae: An-
gelisunt septem Eccle-
siarum; & Candelabra
septem, septem Eccle-
siae sunt.

VERSIO

VERSIONES.

QUESTIO LXXX.

Arabic. n. 19. Et quae sunt post haec
futura.
Aretas, Arias. Et quae futurum est
fieri post haec.
Arabic. 20. Porro mysterium alle-
goriae septem stellarum,
Tygurina. Arcanum septem stella-
rum.

Quare cum jam supra mandatum esset
Joanni, ut hanc Apocalypsim scri-
beret, hic iterum ei dicitur: Scribe
quae videris?

681. Datum est supra hoc capite num. 11. Joan-
ni: Quod vides, scribe in libro. Nunc
iterum ei mandatur: Scribe ergo quae videris.
Semper per imperativum ei dicitur, Scribe,
ut divinum mandatum significetur: & quod
Joannes haec scribat, non ex arbitrio, ac vo-
luntate propria, sed praecipiente Deo ac spi-
ritu sancto dictante, iuxta illud 2. Pet. 1. n. 21.
Non est lingua humana allata est aliquid quando Pro-
phetia, sed Spiritus sancto inspirante loquuntur
sancti Dei homines.

EXPOSITIO XV.

681. Mandatur Joanni, ut scribat: Scribe
Mergo illa particula ego, illativa ma-
ximè expendenda est. Dixerat enim, Ego sum
primus & novissimus, id est, omnium creator
& judex, habeoque claves mortis, & infer-
ni; quibus Deus maximè declarat suam omni-
potentiam: Merito ego, cum jubet, ut scri-
bat, ponit illam particulam illativam: justifi-
simam est ei, qui omnipotens est, obedi-
re ut notavit Richard. Victor. Merito scribere de-
bit, & a scripta sunt, qui omnem potentiam illam
esse, cogitavit, qui videri scribere praecipit. Et di-
citur, scribe quae videris, hanc nempe visio-
nem relatum hoc primo capite. Et quae sunt
praesentia, & actualiter sunt in Ecclesia, sub
Domitiani tyranni de.

Richard.

682.

Et quae oportet fieri post haec sub Traiano, A-
driano ceterisque tyrannorum persecutioni-
bus; ac etiam Turcarum crudelitate; ac deni-
que sub tempore: ac rabie furibundi Anti chris-
ti: nihil enim a tempore hujus visionis usque
ad finem mundi factum, vel futurum esse in
Ecclesia creditur quod haec divina Apocalypsis
annuntiet: et nota, quod dicitur: Quae
oportet fieri. Sicut & Paulus dixit 1. Cor. 11.
n. 19. Oportet haec esse. Et Christus Mat. 8.
n. 7. Necesse est, ne veniant scandala. Confide-
rata humana malitia, in gigante daemonum, oportet.
seu necesse est ut sint offensiva cula ab Ha-
reticis, ac Tyrannis, ut manifestentur sancti,
ac humiles viri ut explicavi tom. 4. in Evang.
cap. 10. Exposit. 5. n. 86.

683.

Tob. 12.

Sacramentum; id est, mysterium, arcanum,
seu secreta Tob. 12. num 7. Sacramentum
regis abscondere, bonum est, id est secretum,
septem stellarum, quas in manu mea videris, ut
in manu Dei apparuerint, supra explicavi hoc
cap. quaest. 63 & 64. Septem stellae, Angeli sunt
septem Ecclesiarum, id est, Episcopi, ut patebit
ex cap. 2 & 3. Cur autem septem stellis com-
parentur, etiam jam dixi supra quaest. 61. Et
Candelabra septem, septem Ecclesiae sunt. Cur
etiam Ecclesiae Candelabra dicantur, jam ex-
plicavimus supra quaest. 5. & loquitur de sep-
tem Ecclesiis Asiae minoris.

Ad quaestionem, & primò Rupertus Abbas
hic: Dicit, vel verbum ait, modo imperaverit, quo
dicit, scribe, largitio est meritis, & gratia. Im-
quasi dicitur, scribendi facultatem, atque au-
thoritatem accipere. Unde verè beatus, & honoran-
dus est B. Joannes, qui sic inter duodecim Aposto-
los crevit, & auctus est, quemodo inter duode-
cim Patriarchas Ioseph: quomodo enim ille au-
plicia accepit, dicente Patre, dabo tibi partem
unam extra fratres tuos; sic iste a scriptulis dile-
ctus, extra fratres suos, Apostolos caeteros, deo
diligentis Domini Jesu partem unam egregiam a-
cepit; Non solum, ut, qui erat Apostolus, Evan-
gelista quoque fieret; tamque divinum Evangelium
scriberet, verum etiam tantam, tamque mirabilem
revelationem scriptura traderet. Verum est, quod
omnes sacri Evangelistae ex divino afflatu, spi-
ritu sancto inspirante, scripserunt: tamen soli Jo-
hannes, & iterum legitur in hoc capite, quod
scribendi, ut denotaretur excellentia suorum
scriptorum: nam in Evangelio de aeterna ge-
neratione Verbi a Patre, agit: In principio erat
Verbum, in hac Apocalypsi de altissima, ac ad-
mirabili rerum divinarum revelatione: ita ut
dicatur revelatio, sicut Apocalypsis quam aver-
nus Pater dedit Iesu Christo palam fere: &
ideo dicitur Apocalypsis Iesu Christi, quam
dedit illi Deus, ut dixi in prima Expositione: ac
proinde, ut denotetur tam admirabilis rerum
divinarum scriptura, ideo singulariter de illa
Joanni imponitur praecipitum.

Paulus raptus usque ad tertium caelum ait:
Aperi arcana, quae non licet homini loqui. 2.
Cor. 12 n. 4. Quis ergo nobis haec aperiet nisi ip-
se filius dei ut dicitur Joan 1 n. 18. Unigenitus,
qui sit in sinu patris revelabit nobis. Nam ut ait
Paul. 1. Cor. 2. n. 11. Et quae Dei sunt nemo cog-
novit, nisi Spiritus Dei. Et tamen hic dicitur
Joanni scribere quae videris, quae non licet homini
loqui, & solum sunt Spiritus Dei manantur
Joanni, ut in publicum eructet, ac scribat. Quia
Joannes humanam transcendit naturam, &
gratia ad divina non est evatus. Orig. ad cap. 1.
Joanni Joannes ille divinus omnem visibilem, &
invisibilem creaturam, deificavit in Deum intra
se deificavit, transcendit: non enim aliter potuit
ascendere in Deum, nisi prius fieret. Dicitur
discipulus, dilectus extra fratres suos, Apostolos
caeteros,

686. 1. Cor. 2.
Joannes ele-
vatus trans-
cendit natu-
ram huma-
nam.

687. Rupert.
Deinde preme illa verba Ruperti: Sic iste
discipulus, dilectus extra fratres suos, Apostolos
caeteros,